

*cumq, quopiam, ultrò, citrò, intrò, foràs, usq, usquam, nusquam, peregrè, longè.*

Versus locum: *Horsum, istorsum, illorsum, alionsum, dextrorsum, sinistrorsum, retrorsum, rursum, prorsum, sursum, deorsum, pèssum versus, sursum versus, quo quo versus, quaque versus, introrsus, extrorsus.*

*Quaedam pluribus locorum differentiis accommodantur: ut, intus, foris, supernè, longè, peregrè, usquam, nusquam. Peregrè absum. Peregrè proficiscar. Peregrè domum redeo.*

Loci Adverbia sunt vel primæ personæ, *ut, hîc, hinc, hûc* vel secundæ: *ut, istîc, istinc, istûc.* vel tertiæ: *ut illîc, illînc, illûc & reliqua.*

TEMPORIS: *Aliquando, subinde, interdum, unquam, nunquam, nondum, confestim, statim, citò, semper, rarò, manè, vesperi, opportunè, tempestivè, tempori, commodum, hodiè, nunc, cras.*

*Olim, Aliquando, Quondam sunt Præteriti & Futuri temporis, vorzeiten und mit der zeit.*

*Usque est modò Loci, modò Temporis Adverbium.*

NUMERI: *Semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, novies, decies, undecies, duodecies, tredecies, quatuordecies, quindecies, sexdecies, septendecies, octodecies, novendecies, vicies, vicies semel, vicies bis, vicies ter, vicies quater, vicies quinquies, vicies sexies, vicies septies, vicies octies, vicies novies, tricies, quadragies, quinquagies,*  
(Plautus